UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Prima Classis. In Qva Avctorvm damnatæ memoriæ Opera edita, &c. R

urn:nbn:de:hbz:466:1-81432

Visual Library

# PRIMA CLASSIS.

## IN QVA

### AVCTORVM *damnatæ memoriæ Opera edita*, &c.

## *R*

RABELESIVS.

Gallus. Eius omnia opera Gallica, *de vita, factis, & dictis Heroïcis Gargantuæ.*

RAPHAEL Clinchbyl.

Profeſſor Franekeranus.

RAPHAEL Eglinus Iconius.

Germanus, Theologus, & Poëta, Calvino-Bezita-Lutheranus.

RAPHAEL Muſæus.

German. Luther. Theolog.

RAPSODVS.

RAYDENVS.

RAYMVNDVS Neophytus.

REGINALDVS Honſaluus.

Seu, *Conſalvus*, ſeu, *Conſalvius*. Montanus, Luthero-Zuingl.

REGINALDVS Perok.

Seu, *Reg. Pecok*. Latinè, *Pavo*. Anglus ex Cambria, Aſaphenſis primùm, deinde Ciceſtrienſis Pſeudo-Epiſcopus, Profeſſor Oxonienſis Lutheranus.

REGNERVS Prædinius.

Friſius, Groningenſis Profeſſor, Theolog. Calvino-Zuingl.

REIMARVS Seltrecht. I.C.

REINARDVS Konig.

Seu, *Konigs*, German. Hiſtoricus Lutheranus.

REINARDVS Lorichius Hadamarius.

EX Scholiis Reinhardi Lorichij Hadamarij *in Aphthonij Sophiſtæ Progymnaſmata*. Lugduni, expenſis Conradi Butgenij, anno 1602. In 8. Antuerp. 1581. poſt inſcriptionem, dele duo Epigrammata. Et Lugduni, apud Abrahã Cloquemini, 1612.

In prima Operis inſcriptione, poſt vocem, *Hadamarij*, adde, *Auctoris damnati, &c.* Et dele verba proximè ſequentia, uſque ad illud, *cum Indice rerum*, excluſ. Et poſt dicta verba, *cum Indice rerum*, dele uſque ad, *Lugduni expenſis*, excluſiuè. — In Chria, titulo, *Chriæ verbalis exemplum*, &c. pagin. 77. initio, poſt vocem, *argumentum*, dele uſque ad, *nemo me lachrymis*, excluſ. — Dele quoq; ibidem Notam marginis. — Et paulò inferius, poſt illud, *Laudata ſententia, quam*, dele uſque ad, *Q. Ennius*. Et poſt vocem, *Ennius*, dele uſque ad, *ſapienter uſurpavit*. Et poſt, *uſurpavit*, dele uſque ad, *maximus ingenio*, excluſivè. — Et poſt illud, *viris clariſſimis*, dele uſque ad illud pag. ſequent. ſub initium, *Quo vates eximia*, excluſivè. — Eodem titulo, pagin. 82. à medio, poſt illud, *Plinius in proœmio lib. 7.* dele totum §. ſequentẽ, uſque ad Titulum, *Aliud Chriæ verbalis, &c.* excluſivè. — In Reſtructione, Titulo, *Aliud refutationis exemplum* 2. Pagin. 167. à medio, §. *Quod vana ſint, &c.* ibi, *quæ iactant barbari*, dele, *barbari*. Et deinde dele totum §.

*Politiorum litterarum*, uſque ad §. *D. Hieronymus, inquiunt*, excluſ. — pag. 168. ante medium, poſt illud, *Non eſſe legendos*, dele §. *Quod hominum*, uſque ad illud, *Etenim cui poterit*, excluſ. — pagina 170. ad finem, poſt illud, *Tempore audeas ſperare*, dele ab initio §. *Sed quæ ſuis*, uſque ad §. *Idem argumentum*, excluſivè. — pagin. 171. verſus finem, §. *Si unquam hoc dubium fuit*, poſt illud, *Poſteaquam exiſtunt, qui*, dele uſque ad illud paginæ ſequentis, ſub initiū, *D. Hieronymum, ut divinarum*, excluſivè. — pagin. 172. ante medium, eodem §. poſt illud, *De tergo ſatisfeciſſe*, dele uſque ad illud pagin. 174. initio, *Dicite ergo mihi*, excluſivè. — Pagin. 174. poſt initium, eodem §. poſt illud, *Feciſſe eum putabimus?* dele uſque ad illud paginæ ſequentis, in medio, *Nam cum totum Philoſophiæ*, excluſivè. — Pagin. 176. poſt medium, eodem §. poſt illud, *Philoſophiæ partē incurrat*, dele uſque ad illud, *Philoſophiæ pars eſt Cicero*, excluſ. & poſt vocem, *Cicero*, dele uſque ad illud paginæ 178. poſt initium, *Illud quomodo conſiſtet*, excluſivè. — pagin. 179. initio, eodem §. poſt illud, *Perveniſſe palam teſtatur*, dele uſque ad, *Sed quid ego horum*, excluſivè. — Et poſt illud, *Gloriam abuſus eſt*, dele uſque ad illud paginæ ſequentis, ante medium, *Hieronymus, inquiunt, ipſe ſcribit*, excluſivè. — In loco communi, Titulo, *Scholia*, pagin. 218. ſub initium, poſt illud, *& his contraria*, dele uſque ad, *De quorum uſu*, excluſivè. — Pagin. 293. ante medium, *Ingratiſſimus omnium*, poſt illud, *Cum autem Academia*, dele uſque ad, *Veluti mater*, excluſivè. — Et in fine pagin. §. *Iniunctum eſt mihi*, poſt illud, *Academiæ noſtræ*, dele uſque ad, *Encomion dicere*, excluſivè. — Pagin. 295. in medio, §. *Quid enim memorem*, poſt illud, *Tantam prudentiam*, dele uſque ad, *Quid denique innumerabilia*, excluſivè. — Pagin. 296 ante medium, §. *Quare digna ſatis*, poſt illud, *Satis glorioſa*, dele uſque ad, *Academia videretur*, excluſivè. — pag. eadem verſus finem §. *Accedunt complures*, poſt illud, *Divis Academia*, dele uſque ad, *Vndique circummunita*. excl. — P. 297. in med. §. *Quod ſi locum* poſt illud, *locū ubi*, dele uſque ad, *univerſitas erecta*, excluſ. — Et deinde poſt illud, *Commodiorem ubi*, dele uſque ad, *Metropolis*, excluſivè. — Pagin. 298. in medio, §. *Verum ut occaſio*, poſt illud, *Quam civium virtutibus*, dele uſque ad, *Nam lapidio quod*, excluſivè. — Pagin. 299. ad medium, §. *Qui aliàs etiam*, in fine, §. poſt illud, *Po-torum, & alvei*, dele uſque ad, *Virtu-haurientis*, excluſivè. — Titulo, *A loci amœ-nitate, &c.* pagin. 299. à medio, §. *Præter iam dicta*, poſt illud, *In urbe ...nus*, dele parentheſim, uſque ad, *...* excluſivè. — Pagin. 300. ad medium, *Vbi denique maxima*, poſt illud, *Co...aſpectus quibus*, dele uſque ad, *Vt ...ſibi dilectiſſimam*, excluſivè. — pag. 302. initio, §. *Porro ſi quiſpiam*, poſt illud, *Tales virorum manus*, dele uſque ad *Vbi corpora*, excluſivè. — Et paulò inferius, §. *Sed ne proverbium*, poſt illud, *... enim*, dele uſque ad, *multum averſus*. — [E]dem verſus finem, pag. poſt illud, *No...ſima Regina*, dele uſque ad, *Civitas bon...* excl. — Pagin. 303. propè medium, §. *... verò quemadmodum*, poſt illud, *ſedes eſt*, dele uſque ad, *Non aliter atque homo*, excluſ. — Et in fine pag. poſt illud, *quotquot ...civitatis*, dele uſque ad, *manus ſua eſſe*, excluſ. — Pagin. 305. verſus finem, §. *Cæterum ut honeſtate*, poſt illud, *paraphraſim ...*, dele uſque ad, *nonne metam*, excluſ. — Pagin. 306. verſus finem, §. *Quoties ad ...*, poſt illud, *Teutonicas eſſe dextris*, dele uſque ad, *Callis æmuli virtutis*, excluſ. — Pagin. 308. à medio, §. *Ergo ex his omnibus*, poſt illud, *Princeps noſter voluerit*, dele uſque ad, *Academiam erigi*, excluſ. — Et paulò inferius, in fine eiuſdem §. poſt illud, *...ne, & loco*, dele uſque ad, *Academia*, excluſ. — Pagin. 309. initio §. *Nunc ad ea digred...* poſt illud, *ſtudiorum tradatur*, dele uſque ad, *ubi facultas medica*, excluſ. — Pagin. 310. ante medium, *Vbi tot & tanti*, poſt illud, *peragrare cum omnia*; dele uſque ad, *quam plena manu*, excluſivè. — Pagin. 3.. poſt medium, dele ab initio, §. *Miſſam fa-cio frequentiſſimi*, uſque ad, §. *Quare unita-tis*, excluſ. — pagin. 322. In medio, §. *Ve-rum quanto turpior*, poſt illud, *dimittimus Academiæ*, dele uſque ad, *Encomion per to-tum*, excluſ.

### In Ethopoeia Titvlo, *Ethopæiarum exempla.*

Pagina 410. poſt initium §. *O nimium hominum*, poſt illud, *Mirabiliter iacet*, dele uſque ad, *ſed quorſum iſta mihi*, excluſivè. — Eiuſdem in *Titi Livij oration... Miſcellanea, obſervationes, & Apophtheg-mata.* Francofurt. excudebat Chriſtianus Egenolphus 1537. permittuntur appoſita nota.



INDIC Librorum PROHIBIT E. V. =4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

### REINARDVS Lucius.

Seu *Renhardus* luz Erithropolitanus, Theolog. Calvino-Zuinglianus.

### REINERVS Reineccius.

Steinhemius Profeſſor Iuliacenſis, & Helmſtadienſis, Hiſtoriographus, Lutheranus.

EIVS Epiſtola præfixa, *Itinerario Terræ Sanctæ.* Impreſſo Marpurgi, anno 1593. ſic corrigenda.

Adhibéda eſt initio nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſsi. —Deinde in Epiſtola Reineri, pag. 3. ab illis verbis, *Forſan tamen fuerit*, dele uſque ad, *quo tempore Borchardus*, excluſ.

Item eiuſdem Reineri *in Onomaſticon Hiſtoriæ Romanæ* Ioannis Glandorpij (ex impreſsione Francof. 1589.) In prima autem libri facie tam Glandorpio, quã Reineccio appone notam damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſsi.

Ex Præfatione Reineccij, quæ incipit, *Gentis Latinæ, &c.* pagin. 3. ad finem, poſt illa verba, *Cognoſcere potui*, dele uſque ad, *Neque minorem laudem*, excluſivè. — Pagina 4. ante medium, poſt quatuor lineas, dele, *Idquè eo eventu*, uſque ad, *ſic, & hæc*, excluſ.

Ex Epigrammatis verò, quæ ſequuntur in laudem utriuſque, id eſt, tam Reineccij, quam Glandorpij. Primùm, quod eſt Erneſti Schavvenburgij Comitis, & incipit, *Qui cupis hiſtorias*, expunge totum. — Ex ſecundo verò, quod incipit, *Stemmata Romulidum*, expunge ultima duo diſticha, quæ incipiunt, *Laus tibi Reinecci*, &c. — Ex tertio verò, quod eſt Henrici Ranzovij (cui apponenda eſt nota debita damnati ſcriptoris) & incipit, *Si iuvat hiſtoriam, &c.* expunge ultimum diſtichum, quod incipit, *At manus*, &c. — Similiter, & eſt quarto, quod incipit, *Si iuvat indomitæ, &c.* expunge ultimum, quod incipit, *Hæc congeſta prius*, &c. — Ex quinto verò, quod eſt, Ioachimi Mynſingeri (cui etiam adhibenda eſt nota damnati Auctoris (& incipit, *Quis precor, &c.* dele penultimum diſtichum, quod incipit, *Gratia Reinero*, &c. — Ex ſexto prolixiori, quod eſt Ioannis Benekendorf, dele diſtichum, *Succurrit tandem, &c.* & item illud, *Conſulere in medium, &c.* & ultimum, *Quod reliquum eſt, &c.* Ex ſeptimo, quód eſt Nathanis Chitræi (auctoris etiam damnati) expunge totum, Incipit verò, *Quantus in hiſtoria*, &c. — Ex octavo tandem, quod eſt, Henrici Porſij, & incipit, *Hiſtorias legiſſe, &c.* expunge ultimum diſtichum, quod incipit, *Hanc tu Reinecci*, &c.

Ideo vero hoc Onomaſticum ad Reineccium, potius, quam ad Glandorpium vocavimus, quod poſt Glandorpij mortem Reineccius edidit, publicavit, & prolixa præfatione exornavit, opus quidẽ ſui præceptoris, qua opera, & ſtudio ſuum fecit.

Vide etiam ſimile ſtudium & operam eiuſdem Reineccij, in eiuſdem Ioannis Glandorpij Animadverſionibus in C. Iulium Cæſarem de Bello Gallico, I. Claſ. — Et ſimile etiam in edendis illius annotationibus in Ciceronis Epiſtolas familiares, quæ permittuntur, adhibita utrique id eſt, Glandorpio, & Reineccio nota præſcripta damnati Auctoris, *&c.*

EIVSDEM Reineri Reineccij Steinhemij tom. I. ſive *Syntagmate de Familijs, quæ in Monarchijs tribus prioribus rerum potitæ ſunt, &c.* Et tom. 2. continente, *Hiſtoriam quadrigeminam de familijs duorum Aegypti Regnorum, &c.* Baſileæ, ex officina Henricpetrina, anno 1574. ut in fine notatur.

Tom. I. in ipſo libri titulo, poſt illa verba, *Reineccio Steinhemio*, adde, *Auctore damnato, cum expurgatione permiſſo.* — Deinde dele Proœmium ſeu Epiſtolam dedicatoriàm, quæ incipit, *Floruerunt in omnibus*, cum inſcriptione quæ incipit, *In familias Monarchiarum*, &c. — Dele totam Epiſtolam Ioachimi Camerarij, quæ incipit, *Sal. D. Ludovicus Filius*, &c. — Dele totum Carmen Michaelis Barth. ſimul cum inſcriptione, carmen incipit, *Conditus ad vitam.* — Ex Carmine Gregorij Berſmanni, *De dignitate, ac præſtantia Hiſtoriæ*, in inſcriptione poſt illa verba, *Academia Lipſienſi ſcriptum*, dele uſque ad, *Florida Phæacum* excluſ. — Ex eodem Carmine, ante finem poſt verſiculum, *Centenos pendens ter tribus empta bobus*, dele uſque ad finem. — Dele totum Carmen Georgij Oſtracij, quod incipit, *Frigida Chironis*, ſimul cum inſcriptione. — Ex Catalogo Auctorum, dele, *Philip. Melancthon.*

In 3. Monarchia, titulo, *Effigies aliquod Macedonicæ*, pag. 106. ad finem, poſt illa verba, *Georgio Fabricio*, dele uſque ad, *Adijcere hoc in loco*, excluſivè. — In Appendice ita inſcripta, *Altera appendix de Hiſtoria*, in præfatione, quæ incipit, *Vetus, &c.* pag. 460. ad finem, poſt illa verba, *Eſcelſus T.*

*habuit*, dele uſque ad, *quod equidem*, excluſivè. — In familijs Regum Athenienſium titul. de Atticæ nominibus, & gentibus, §. *Condidere autem*, pagin. 569. ante finem, poſt illa verba, *Cyrios reddidere*, dele uſque ad, *Altera religionem*, excluſivè. — In Epiſtola ad Lectorem, quæ circunfertur ad finem 1. tom. & incipit, *Quos in hoc tractatu*, ante medium, poſt illa verba, *turbidiores cognoſcas*, dele uſque ad, *& ſiquidem certè*, excluſivè. — Ex tomo 2. in Epiſtola, ſeu Præfatione, quæ incipit, *Celebris apud ſcriptores*, ad finem pagin. 740. facie 2. poſt illa verba, *Expectare bonos omnes*, dele uſque ad, *Quam cum curſu*, excluſivè. — De Dynaſtis, & regibus gentis Iſraëliticæ. Titulo, *Reges Hieroſolimitani*, *&c.* — Pagina 847. dele totum carmen Michaelis Boemi, quod incipit, *Arbitrio Si dura meo*, ſimul cum inſcriptione, quæ incipit, *In Tetrabiblon*, finitur verò pag. 850. & ibidem, dele Epigramma finale, quod incipit, *Reineri lepidiſsime*, &c.

Eiusdem Reineri Reineccij *Hiſtoria Iulia*, ſivè, *Syntagma Heroïcum*, *parte prima*. Helmeſtadij, apud Iacobum Lucium, 1594.

In ipſo libri titulo, poſt illa verba, *Academiæ Iuliæ Hiſtorico*, adde, *Auctore damnato, cum expurgatione permiſſo.*

Poſt Epiſtolam Dedicatoriam, dele Epigrammata, Elogia, Epiſtolas, & omnia, quæ octo folijs continentur à primo Epigrammate, quod incipit, *Ecquis adornavit ſtudijs*, *&c.* uſque ad præfationem Matthæi Dræsleri, quæ incipit, *In tanta copia*, *& varietate*, finitur vero, *Lipſiæ Cal. Maij*, 1580. — Ex Prolegomenis, de Gentium Origine, §. *Diximus populorum*, pagin. 4. ad finem, poſt illa verba, *in Hebræa lingua*, dele uſque ad, *Manſere licet*, excluſivè. — Ibidem §. *Bonis Auctoribus*, pagin. 7. ante medium, poſt verba, *& hac noſtra tempeſtate*, dele uſque ad, *Gaſpari Peuceri Chronico* excluſivè. — Eodem loco, poſt quatuor lineas, poſt illa verba, *venerit pronunciet*, dele uſque ad, *neſcio qua titubantis*, excluſivè. — De Imperiorum primordijs, §. *Videamus nunc*, pagin. 19. ad medium, ubi inquit, *Aventino*, *& Philippo Melancthoni*, dele, *& Philippo Melancthoni.* — Et poſt quinque lineas, ubi legitur, *Lutherus*, *& Aventinus*, dele, *Lutherus*, &c. — Et paulò inferius, poſt illa verba, *eripi nobis patiamur*, dele uſque ad, *ſed nihil mirum*, excluſivè. — De operis ipſius elaboratione, pagin. 42. dele, *Auctores Martinus Lutherus*, *& Philipp. Melancthon.* — In Regno Idumæo, §. *Idumæis Moſes*, pagin. 86. poſt initium, ubi legitur, *Hunc enim cum Mart. Luthero cum credimus*, dele, *cum Mart. Luthero.* — In Regno Phæniceo, §. *Tyricond. torem*, pagin. 158. ad medium, poſt illa *Hebræis eſt Sor*, *vel Pzor*, dele uſque ad *& noſtrates annales*, excluſivè. — In Regno Syriaco, §. *Nobiliſsimum*, pagin. ante medium, poſt illa verba, *Rem attingere*, dele uſque ad, *ſolus Caſtalio*, excluſivè. — In Regno Spartano, §. XXII. *Cleombrotus*, pagin. 370. in fine, poſt illa verba *Extat in Bœoticis Pauſaniæ*, dele uſque §. qui incipit, *Cleombroto*, initio ſequentis pag. 371.

In Regno Thebano, §. *Cadmo Archi... cus*, pagin. 509. poſt medium, ubi legitur *Tametſi Philippus nomina hæc Semele*, *& Ino*, dele, *Philippus.* — In fine operis, in Epiſtola Auctoris ad Lectorem pag. 641. initio, poſt illa verba, *ductibus turbidiores cognoſcas*, dele uſque ad, *& ſiquidem certè*, excluſ.

Eiusdem Reineri *Oratio de Hiſtoria*, *eiuſque dignitate.* Francof. apud Andream Wechelium, 1580.

In prima Operis inſcriptione, poſt illa verba, *à Reinero Reineccio Steinhemio*, adde, *Auctore damnato*, &c.

In Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Quod urgebant*, pagin. 2. verſus finem, ubi dicitur, *erga religionem rempubl.* dele, *religionem.* — Pagina 1. ad medium, §. *Quæ autem ſuperiore*, poſt illa verba, *& Lipſiam peregiſſe*, dele uſque ad finem §. — Pagina 6. ante medium, §. *Tertium repræſentat*, poſt illa verba, *Præferri ſibi voluere*, dele uſque ad, *quamvis iactitas apud*, excluſivè. — §. *Apud Græcos*, poſt illa verba, *Ab Hebræo Scoripher*, dele uſque ad, *Nam Græca natio*, excluſivè. — Pagin. 13. poſt initium, ubi legitur, *Manuſcriptos Codices inepta nominum*, dele, *inepta.* — Et poſt duas lineas, dele, *ſed litteris aliquibus nihil prorſus ... pertinentibus.* — In eadem pagin. ante finem, poſt illa verba, *Planiſsimè annales ... veniunt*, dele uſque ad, *qua res denique*, excluſivè. — Pagina 14. initio, poſt illa verba, *Et remp. neglexerunt*, dele uſque ad, *Atque hinc ſunt*, excluſivè. — Pagina ... poſt initium, in §. *Maximilianus*, poſt illa verba, *Cæteros Principes valuit*, dele uſque ad finem §. — Eadem pagin. poſt medium

in

in §. *Sed nec alij*, poſt illa verba, *Hetruriæ oppido tum exul*, dele uſque ad, *à Caſimiro Rege Poloniæ*, excluſ.—Pag. 24. initio, in eodem §. poſt illa verba, *Qua de re cum*, dele uſque ad, *Caſpari Hedionis*, excluſ. — Eadem pag. in fine §. *Verum hic*, poſt illa verba, *Præcipitium perducatur*, dele uſque ad, *& requirere ad eandem*, excluſ. — Pag. 28. ante med. in §. *Cæterorum*, poſt illa verba, *Imperiorum familias*, dele uſque ad, *Carionis chronicon*, excluſ. — Pag. 31. poſt initium, in fine §. *Fabularum*, poſt illa verba, *Ad quam alluſio fit*, dele uſque ad finem §. — Eadem pag. poſt medium, in §. *Atque erant hæc*, ubi legitur, *Precor ſummo in terris Magiſtratui*, dele, *Summo in terris*. — Et ibidem, quinque ante finem lineis, ubi legitur, *Erga Eccleſiam, & bonas Litteras*, dele, *Eccleſiam*, &c.

EX eiuſdem Reineri Reineccij Notis, in Helmoldi hiſtoriam, de *Vita, & rebus Adolphi II.* Francof. apud Andream Wechel. 1580.

In inſcriptione Epiſtolæ Dedicatoriæ, poſt illud, *Reinerus Reineccius Steinhemius*, adde, *Auctor damnatus*, &c.

Pag. 12. in medio, dele marginal, *Veteris Teſtamenti exempla*, &c.

EX eiuſdem Reineri Reinecij expoſitionibus, *Chronicon Ditmari*, Francof. apud Andream Wechelum, 1580.

In prima libri facie, poſt illa verba. *Reinero Reinecio Steinhemio*, adde, *Auctore damnato*, &c.

Ex Prooemio in Chronicon Ditmari, ad magnificos viros, &c. pag. 3. poſt med. poſt illa verba, *Addocet Ditmarus liquidiſſimè*, dele uſque ad, *addatur his altero loco*, excluſ. initio ſeq. pag. — Pag 4. ante med. poſt illa verba, *de hac prorſus nihil habet*, dele uſque ad, *quid nunc hoc attingam*, excluſ. — Pag. 5. poſt initium, poſt illa verba, *adhibendo fuerit ſeverior*, dele uſque ad, *Forte, & de eo aliquid*, excluſ. — Ex carmine ſcripto à Petro Albino, pag. 2. in medio, poſt verſum, *Primus is Aonidum, &c.* dele uſque ad finem Prooematis. — Ex Ditmari vita, pag. 5. poſt medium, & poſt illa verba, *Studia nonnihil averſatus fuerit*, dele uſque ad, *Idem ad eorum obiectionem*, excluſ. — Pagin. 48. init. dele marginalem, *Mattildæ Monachæ*, &c. — Pagin. 88. in medio, dele marginalem, *Abſente Sacerdote confiteri*, &c. — Pag. 99. poſt medium, dele marginalem, *Fabula monaſtica*.

EIUSDEM Reineri Annotationes, in Monachi Pegavienſis Hiſtoriam, *De vita, & rebus geſtis Viperti*, &c. Et in alteram Ioannis Garzenis, *De Bellis Friderici Magni*. Francof. apud Andream Wechelum, 1580.

In inſcriptione Epiſtolæ Dedicatoriæ, poſt verba illa, *Reinerus Reineccius Steinhemius*, adde, *Auctor damnatus*, &c. — Pagin. 10. initio, dele marginalem, *O hypocritam*, & paulò poſt dele, *Expiatio Papalis*, & inferiùs, poſt medium, dele marginalem, *Superſtitio*. — Pagina 22. initio, dele margin. *O vecordes conſultores*. — Ex Notat. in Hiſtoriam de Viperto. pag. 44. ad medium, §. *Alterum in quod animadverſione*, dele totum §.

EIUSDEM Reineri, *Hiſtoria Orientalis*, hoc eſt, *Rerum in Oriente à Chriſtianis, Saracenis, Turcis, & Tartaris geſtarum, diverſorum Auctorum*. Totum opus in duas partes, ſeu Tomos tributum eſt. Helmæſtadij, typis Iacobi Lucij impenſis hæredũ Ludolphi Brandes, anno 1602.

In prima Operis inſcriptione, poſt illud, *pagina indicat*, adde, *Reineccius, Auctor damnatus, quæ propria ipſius ſunt in hoc opere, cum expurgatione permiſſa*.

In præfatione Reineri Reineccij, cuius initium, *Quæ antiquitati perennis*, pag. 6. ante med. poſt illud, *Fuiſſe appareat*, dele omnia, uſque ad illud, pagin. 8. ante medium, *Summus Magiſtratus, & alij potentiores*, excluſ. — Et pag. 9. à medio, poſt illud, *Barbarorum ſtrages editæ?* dele uſque ad, *Quin & eo ſummopere*, excluſ. — Deinde expungantur 9. Epigrammata in Reinerum Reinecium, cum inſcriptionibus &, ſubſcriptionibus. — Ex Indice nominum Auctorũ operi præfixo, dele, *Philippus Melancth.* — In Chronicon Hieroſolimitanum lib. 7. cap. 49. fol. 169. pag. 2. initio, dele notam marginalem, *Chriſma Pontificium*.

### EX APPENDICE AD CHRONICI *Hieroſolymitani expoſitiones.*

In lib. 1. cap. 4. poſt illud, *Gregorio VII. aſſecla*, dele uſque ad, *Celebravit autem*, excluſ. — In cap. 6. §. *In quorum affirmatione*, poſt illud, *Marranos cognominat*, dele uſque ad, *Cæterum crucis Symbolum*, excluſivè. — Et ad finem eiuſdem, §. poſt illud, *æternæ vitæ beatitas*, dele uſque ad, *Meritis eius acquieſcentibus*, excluſ. & dele vocem, *Acquieſcentibus*. — In c. 31. poſt illud, *Spiritum ſanctum, appellarit*, dele uſque ad, *Meminit de Iohann. Chryſoſtomo*, excluſ. —



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In lib. 5. cap. 32. poſt illud, *Communicavit nobi, cum Eques*, dele uſque ad, *Henricus Ranzovius.* — Deinde poſt illud, *& Ditmarſiorum legatus*, dele uſque ad, *Ideo locum illum*, excluſ. — In lib. 12. cap. 33. poſt verſum, *Hieruſalem Franci capiunt virtute potenti*, dele omnia uſque ad titulum, *Emendanda, & adijcienda*, excluſ. — Deinde expungatur tota epiſtola Reineri Reineccij ad Henricum Meibomium, cuius initium, *Næ tu mihi de Indice*, cum inſcriptione. Deleatur etiam totus anagrammatiſmus Hẽrici Meibomij in Henricum Meibomium, cuius initium, *Quale nec Argolici*, cum inſcriptione, & ſubſcriptione. — In titulo Chronologiæ, ſive Annotationis temporum, adde, *Henricus Meibomius Auctor damnatus, Chronologia vero, ſeu Annotatio temporis permiſſa.* — Præfatio Henrici Meibomij ad Lectorem, præfixa Chronologiæ in Chronicum Hieroſolymitanum, quæ incipit, *Vt hiſtoria hæc Hieroſolymitana*, tota expungatur.

TOMO 2.

In Conradi Vicerij Commentario, de rebus geſtis Imperatoris Henrici VII. — Fol. 3. pag. 1. ante medium, dele marginalem, *Rex ſui iuris tenax*, dele etiam proximè ſequentem marginalem, *Bonifacij Papales molitiones.* — Eodem fol. pagin. 2. à medio, expunge margin. *Rex comitiorum Papalium arbiter.* — Poſt Appendicem ad Hiſtoriam de Henrico VII. & Carolo IIII. Imperat. expungatur tota Epiſtola Reineri Reineccij, cuius initium eſt, *Legi litteras tuas, &c.* Deinde deleantur omnia Epigrammata, quæ ſequuntur cum inſcriptionibus, & ſubſcriptionibus, uſque ad titulũ, *Emendanda, & adijcienda*, excluſivè. — Poſt Præfationẽ Reineri Reineccij in Hiſtoria Orientali Haythoni Armenij. — In lib. 3. Marc. Pauli Veneti, c. 23. fol. 121. pagin. 2. ad fin. dele marg. ſcriptam lingua Germanica. — In Fragmenta Vincentij, lib. 32. cap. 41. fol. 188. p. 2. in medio, dele margin. *Papa mavult accipere, quam dare.* — Cap. 45. fol. 191. pagin. 2. ante medium, dele marginalem, *Exprobrant Chriſtianis, &c.* — Cap. 46. fol. 192. pag. 1. dele marginalem, *Exagitant Papæ, &c.*

IN APPENDICE AD EXPOSITIONES *Haythonis.*

In cap. 15. in Stẽmate Soldanorũ Othomanorum. — In fine Appendicis, deleatur torum Poëma Henrici Meibomij, ad Antonium Witershemium cuius initium, *Herculeos auſus, & facta, &c.* cum inſcriptione, & ſubſcriptione.

ITEM *Hiſtoriographia*, Alberti Abbatis Stadenſis à condito orbe, uſque ad Auctoris ætate, *&c.* Wittembergæ, apud Ioannem Schmidt, 1608. Vel alia ſimili editione, cui quidem adiectæ ſint Notæ à Reinero Reineccio.

In prima operis inſcriptione, poſt illud, *fundamenta aperiuntur*, adde, *Opus Reineri Reineccij huic Hiſtoriographiæ adiectum ut Auctoris damnati, &c.* Et inferius poſt illud, *E Bibliotheca*, dele uſque ad, *Henrici Ranzovij*, excluſivè. — Deinde dele totam Epiſtolam Dedicatoriam Reineri Reineccij ad Henricũ Ranzovium, cuius initium, *Redit ad te Domine, &c.* Dele etiam inſcriptionem eiuſdem Epiſt. *Magnifico viro, &c.* Et poſt Epiſtolam, expunge omnia Epigrammata, uſque ad Titulum illum operis, *Chronicõ Alberti, &c.* excluſivè. — Fol. 24. pag. 2. §. *Alexander primus, natione Romanus, &c.* dele notam marginalem, *Aquæ, & ſalis, &c.* — Ibidem paulò inferius, §. *Teleſphorus, natione, &c.* expunge notam marginalem, *O impudentem, &c.* — Fol. 25. pag. 1. §. *Soter primus*, poſt illud, *Obijt X. Calend. Maij*, dele uſque ad §. *Eleutherius primus*, excluſivè. — Eodem fol. pag. 2. §. *Vrbanus primus*, poſt illud, *Martyrio coronatur*, dele uſque ad §. *Pontianus primus*, excluſivè. — Fol. 26. pagin. 2. §. *Felix primus*, dele marginal. *Fabula Romanenſis.* — Folio 27. pagin. 1. §. *Sylveſter primus*, poſt illud, *II. Calend. Ian. obijt*, dele uſque ad, *Conſulantur Auctores* excluſivè. — Eodem fol. pagin. 2. §. *Liberius primus*, expunge margin. *Apocalypſis Papalis.* — Fol. 28. pagin. 2. §. *Leo primus*, poſt illud, III. *Idus April. obijt*, dele uſque ad, §. *Hilarius primus*, excluſivè. — Fol. 29. pag. 1. §. *Symmachus primus*, dele marginalem, *Theodoricus Rex, &c.* — Fol. 31. pagin. 2. §. *Honorius primus*, dele marginalem, *Supplicationes Petrinæ.* — Fol. 32. pagin. 1. §. *Agathon primus*, expunge marginalem, *Tributum Papale.* — Fol. 34. pagin. 1. §. *Gregorius IIII.* tolle marginalem, *Antonomaſia Papalis.* — Eiſdem fol. & pagin. §. *Leo V.* poſt illud, *Menſibus II. diebus XII.* dele uſque ad §. *Benedictus III.* excluſivè. — Fol. 34. pagin. 2. §. *Adria-*

